Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



272

traditoris. non quo simulare nos doceat sed ne proditionem fugere uideatur.
simul et illud dauiticum complens. cum his qui oderunt pacem. eram pacificus.
Ihe autem dixit ei. Iuda osculo filium hominis tradis. Filium inquit hominis tradis
quo caro uniuersitas comprehenditur. Illud tamen plus confitetur ingratum. quod eum
tradidit qui cum esset dei filius propter nos tamen filius hominis esse uoluit et quasi
dicat. propter te suscepi ingratus quod tradis. Interrogatiue plane pronunciandum pu
to. quasi amantis affectu corripiat proditorem. Iuda osculo filium hominis tradis.
hoc amoris pignore uulnus infligis et carnalis officio sanguinem fundis. et paris in
strumento mortem irrogas. seruus dominum prodis. discipulis magistrum. electus auctorem.
Videntes autem hi qui circa ipsum erant. quod futurum erat. dixerunt ei. Domine si percuimus
in gladio. et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum. et amputauit auriculam
eius dexteram. Petrus hoc fecit ut uobis euangelista docet. rodebat mirum mentis ardore
quo certa fecerat. Scribat enim quomodo finem punendo sacrilegos mercede iusti
tie et sacerdotii pennis accepere. Quod ut sequitur. respondens autem ihesus. sinite usque
huc. non ita sentiendum est quasi placuerit ei hoc factum. sed amplius fieri noluerit. eum in
uerbis que matheus ponit dixisse dominum. conuerte gladium tuum in locum suum. omnes enim
qui acceperint gladium gladio pibunt. intelligatur potius hoc factum quo usus est gladio
petrus dino displiuisse. Illud enim uerius est. quod eum interrogassent dicentes. do
mine si percuimus in gladio. tunc respondit. sinite usque huc. id est non uos moneat quod
futurum est. permittendi sunt huc usque. progredi. hoc est in me apprehendant et imple
antur que de me scripta sunt. sed inter moras uerbo interrogantium dominum. et illi respon
dentis. petrus defensionis auditate maiore pro dino commotus percussit. sed non po
tuerunt etiam simul dici. que simul fieri potuerunt. Non enim diceret respondens
autem ihesus. nisi illo interrogationi responderet. Iam detracto petri quid iudicauerit
matheus solus dicit. ubi etiam non dicit matheus. respondit ihesus petro. conuerte gla
dium tuum. sed dicit. tunc ait illi ihesus. Conuerte gladium tuum. quod per factum apparet di
xisse dominum. Et cum retrusisset auriculam et sanauit eum. Iumquam pietatis sue dis obli
uiscitur. qui etiam hostes suos uulnerari, ut iusto morte inferunt. ille perfecte
uulnera sanat. mistice docens et ipsos si conuertantur posse sanari. qui insue
sunt moribus consensione uulnerari. iuxta allegoriam seruus iste populis et iudeis
principibus sacerdotum indebito mancipat obsequio. adeo ut illo suasu barrabam
dimittit. ihesum uero quem paulo ante osanna concinentes filium dauid regem et cla
mabant perierent crucifigi. qui in dni passione decem auriculam id est spiritalem
intelligentiam legis perdidit. sinistra tantum hoc est uiuitate latere contentus. Que ui
delicet auris petri gladio deciditur. non quod ille sensum intellegendi audientibus
tollat. sed diuino abstinui iudicio negligentibus pendat. Verum etiam auris dextra
in his qui ex iudeis populo credere maluerunt diuine dignatione pietatis. postmodum
restituitur officio. Alter auris pro dino amputata. et adhuc sanata significat